



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Iuvaviense monialium cœnobium, extra muros Salisburgensi civitatis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

*Abbas
moritur
cum toto
conventu
xna die.*

13. *Henricus II.* Is cum toto conventu suo legitur uno die mortuus anno Domini 1350. incuria coci, qui ollam, cui bufo aut aliud quoddam venenosum insectum irreperat, nec inspectam prius nec purgatam cum injectis carnibus foco apposuerat: quas carnes quicumque vorassent, veneno extincti sunt.

14. *Conradus III.* sublati è medio omnibus Isnensibus cenobitis, à Dapifero Othone ex Isnensi parochio Abbas designatus & monastica veste indutus est anno Domini 1350. Quam diu præfuerit, nusquam invenio.

15. *Joannes.*

16. *Georgius Textor.*

17. *Georgius Stiedlin*, Luitchirachianus, ex vicino Imperiali etiam oppido natus.

18. *Philippus de Lapide*, vir nobilis, diu præfuit: tandem contractus & cæcus factus est, Abbas bonus, munificus, hospitalis & liberalis: strenuus cœnobarum suorum reformator, qui antea libere egrediebantur, infalutatis Abbatibus, quoties & quorsum volebant: monasterii item gubernator fidelissimus.

19. *Ambrosius Horn*, patria Phullendorffianus, homo tenax & pumice siccor, præfuit annis 7. Obiit anno 1540.

20. *Helias Frey*, patria Isnensis, præfuit 8. annis. Obiit decrepitis senex anno Domini 1548. in fine Januarii.

21. *Ulricus*, cognomento *Mors*, ex majore Cellæ præfecto Abbas constituitur an. 1549. Præest adhuc currente hoc Jubilæo.

*Stunnen-
berg zu
Salzburg.*

JUVAVIENSE monialium cœnobium, extra muros Salisburgensis civitatis, in vicino colle situm & Nonnarum montis vocabulo cognominatum, coepit annum Domini circiter 585. Sanctus enim Rupertus, primus Salisburgensium Antistes, ex Regum Galliæ Ducumque Scotiæ stemmate oriundus, pro germana sorore sua S. Ehrentrude oratorium ibi initio construxit, ad quam piam virginem cum aliæ etiam accessissent, quæ virginitatis conservandæ studio solitariam vitam elegerant, mox præclarum cœnobium Vestalium puellarum factum est, cujus Abbatissarum talis mihi catalogus à Doctore *Marco Tacio*, Poëta, Ju-
ris.

risconfulto & Camerae Imperialis assessore, Domino & amico meo veteri, communicatus est.

1. *S. Ebretrudis S. Ruperti*, primi Salisburgensium Apostoli, foror.

2. *Biradis*, *S. Masalii* foror.

3. *Demutha* vel *Diemudis*.

4. *Elisabeta*.

5. *Maria*, & aliae quaedam, quarum nomina non pervenerunt ad hujus seculi nostri notitiam. Sub quarum gubernatione accidit, ut coenobium, Cella antiquitus dictum, ingruentibus bellicis tumultibus incendio ac rapinis vastaretur, sed quo anno, id etiam ignoratur. Reaedificatum est vero & quasi postliminio constructum, ac de novo fundatum ab Imperatore Henrico II. absolutumque anno Domini 1041. quo ara maxima cum aliis duabus in crypta sitis per Reverendissimum Dominum Balduvium, Salisburgensem Archiepiscopum, consecrata & nova Abbatissa

6. *D. Elisabeta* electa ac coenobio virginum praefecta est. Huic iterum successerunt Abbatissae, quarum subsequuntur nomina.

7. *D. Juliana*.

8. *D. Wilvirgis*.

9. *D. Gertrudis de Lapide*, quae praefuisse legitur anno Domini Incarnationis 1242. & anno 1254.

10. *D. Diemodis*, Comitissa Solimontana, vulgo de Sunnenburg, praefuit anno Domini 1270.

11. *D. Diemodis à Gelbis* praefuit anno 1278.

12. *D. Hilca*.

13. *D. Elisabeta*, Comitissa à Sunnenberg, praefuit anno Domini 1307.

14. *D. Diemundis* praefuit anno Domini 1320. & an. 1330.

15. *D. Anna* praefuisse legitur anno salutis 1399.

16. *D. Diemundis à Wartensfeld* praefuit anno 1344.

17. *D. Anna Grazerin* praefuit anno gratiae 1347.

18. *D. Anna à Weisneck* praefedit anno salutis 1360.

Mm 3

19. *D. A...*

Abbatissarum descriptio.

Chronologia

Chronologia
Abbatissarum
descriptio
S. M.

19. *D. Anna* de liliorum Monte præfuit anno 1363.
20. *D. Catharina* præfuit anno 1373.
21. *D. Anna* à *Weisneck* præfedit anno Domini 1384.
22. *D. Diemodis* præfuit anno gratiæ 1394.
23. *D. Margareta.* *D. Catharina.*
24. *D. Elkeba* præfuit anno Christi 1409.
25. *D. Margareta* tenuit Abbatia clavum anno 1414.
26. *D. Gertrudis* à *Reuttenberg* præfuit anno Domini 1423.
27. *D. Elkebeta* præfedit Abbatia anno 1432. electa.
28. *D. Gertrudis* anno 1436.
29. *D. Anna Geiganterina* anno 1439.
30. *D. Anna Panchnerina* anno 1446. ◀ *D. Juliana.*
31. *D. Catharina* à *Schernwerck.*
32. *D. Agatha* ab *Haunsberg* præfuisse legitur anno 1482.
33. *D. Daria Panchnerin* anno 1500.
34. *D. Regina Pfeffingerina* anno 1517.
35. *D. Ursula Traunerina* hoc ipso adhuc præfidet Jubilæo.

KITZINGENSE monialium celebri loco, ex Comitibus videlicet, Baronibus ac Nobilibus parentibus tantum natarum, potentissimum olim cœnobium, ordinis *D. Benedicti*, intra ejusdem nominis præclaræ apud *Oltrofrancos* urbis mœnia ad *Moenum* amnem situm, fundatum est, non à *S. Bonifacio* seu *V. Vunefrido* primo Archiepiscopo *Moguntino*, sed ad ejus instantiam & preces anno Domini 745. à *Domina Adelheide*, vel (ut *Tritthemius* appellat) *Adeloga*, *Pipini Francorum Regis* filia, ejus videlicet, qui in spatio 32. annorum faxeam pontem construxit, per quem hodie adhuc firmissimum iter è *Kitzingo* ad *Eppeshusum*, suburbium è regione urbis in altera *Moeni* ripa situm. Est cœnobium id *Herbipolensis* dioeceseos subditum *Eberhardo*, ejus loci Episcopo, ab Imperatore *Henrico Claudio* anno Domini 1007. In eo diplomate regio dicitur cœnobium hoc, *Abbatia Kitzingen* dicta in *Kitzingen Villa*, pago *Gotsfeld* sita: quod argumento est, nullam etiam tunc temporis

Pons Kitzingensis.

Kitzingen Villa,